



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 116. Bourcherii, Piccolominæ, & Wessellii Cardinalium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. mior valetudo ; ita enim accedente po-  
A. C. 1489. dagra, aliisque morbis laborare cæpit,  
 ut nunquam pedibus ultra consistere pos-  
 set. Nihilominus publicis rei negotiis, ut  
 ante intentus, plurimas undique legatio-  
 nes suscepit, Oratores Principum ad al-  
 loquium admisit, resque diversas cum  
 illis pertractavit: præcipue vero Innocen-  
 tii summi Pontificis Legatos audivit, qui  
 liberationem Petri Archiepiscopi Colo-  
 zensis quatuor jam annos in carcere ta-  
 bescentis deprecabantur, nec tamen id  
 impetrare poterant. Bajazethes quoque  
 ad Matthiam Oratores destinabat, qui  
 pacem postularent, ut compositis cum  
 Hungaro rebus, tanto potentius Ægy-  
 pti ac Syriæ Sultanis bellum inferre, &  
 acceptam ab eis injuriam ulcisci posset:  
 cum vero Syriæ Sultanus Jerosolymita-  
 num Patriarcham ad Matthiam ablegas-  
 set, non modo pax cum Bajazethe inita  
 non est, sed insuper eidem Patriarchæ  
 in mandatis datum, ut Romam demum  
 contenderet, ad ineundam in Turcas so-  
 cietatem Papam induciurus.

## §. CXVI.

*Bourcherii, Piccolominæi, & Wes-  
 selii Cardinalium obitus.*

*Polyd. Virg. Hist. Ang. lib. 24.* Hoc anno sacrum Purpuratorum Colle-  
 gium planxit Thomam Burscherum  
 seu

seu Bourcherium, qui die trigesima Mar-  
 tii mortalitatem exuit. Is erat natione Sæcul. XV. A.C. 1489.  
 Anglus Archiepiscopus Cantuariensis, Aubery hist. Card. vol. 3.  
 Henrici Esesexiæ Comitis frater, qui  
 idem insigni adversus Wiclesistas fidei  
 Zelo clarus, in variis diœcesibus quin-  
 quaginta & unum annos Episcopalibus  
 dignitatibus præfuit, primum nomina-  
 tus Vigorniensis, postea Heliensis Epi-  
 scopus, ac demum Archipræsul Cantua-  
 riensis: anno autem post Christum natum  
 millesimo quadringentesimo sexagesimo  
 septimo non minus meritorum suffragio,  
 quam pietatis præmio a summo Ponti-  
 fice Paulo II. Cardinalium Collegio ad-  
 scriptus est, eo defuncto in Anglia in-  
 gens fervebat de Cantuariensi Ecclesia  
 contententium ambitio; cum vero Can-  
 tuarienses Archiepiscopi ex avita hujus  
 Ecclesiæ prærogativa Anglici Primatus  
 dignitate insigniti essent, atque omnibus,  
 qui e Regio sanguine orti non erant,  
 Principibus in confessu publico præcede-  
 rent, Rex hanc dignitatem contulit Jo-  
 anni Mortono Heliensi Episcopo, quem  
 mox Angliæ Cancellarium creavit, cum  
 præter eum certe nullum alium explora-  
 tæ magis fidei virum ad tanti honoris fa-  
 stigium evehi posse existimaret.

Eodem anno die quarta Octo-  
 bris fati functus est Joannes Wes- Freher theat. illustr. Vir.  
 selius, seu de Westaliis Theologiæ Hist. Eccles. Tom. XXX. D d Do-

Sæcul. XV. Doctor, Groningæ anno circiter mil-  
 A.C. 1489. lesimo quadringentesimo decimo nono  
 natus. Hic adhuc puer utroque parente  
*Vita Profess.* *Groning.* *Dupin. Bibl. Script. Sæcl. XV.* *pistore orbatus, a pia quadam nobili Ma-*  
*trona educatus, unacum unico ejusdem*  
*filio studiorum, curriculum emensus est:*  
 cum autem illa utrumque Zwollam, seu  
 Suvollam, ubi ea ætate nobilius, quam  
 Groningæ, erat Gymnasium, mississet; Wes-  
 selius tantum in scientiis fecit progressum,  
 ut etiam postea literas publice traderet,  
 inde vero sua studia profecuturus, Colo-  
 niam contendit, ubi tamen a veræ Re-  
 ligionis doctrina vix non aberrasse crede-  
 batur. Præterea cum Laicus esset, nec  
 Clericali militiæ adscribi pateretur, ad  
 Heidelbergensem Theologiæ Cathedram,  
 quam sibi concedi postulabat, minime ad-  
 mittebatur; hanc ob rem Coloniam re-  
 versus, primo Lovanium, inde vero Lu-  
 tetiam Parisiorum venit. Postea a Fran-  
 cisco Rouverio supremo FF. Minorum  
 Ministro generali Concilii tempore Basi-  
 leam deductus, præclara scientiæ suæ  
 specimina non sine literatorum applausu  
 edidit, ac demum Sixto IV. in Pontif-  
 cem electo, Romam profectus, tandem  
 relicta Italia Groningam reversus est, in  
 natali solo ultimum diem clausurus. Ne-  
 mini dubium est, hunc virum in pluribus  
 ab avita Religione ad noxios errores de-  
 scivisse; quapropter eo fatis functo non  
 pauca

pauca ipsius manu exarrata igne combu-  
sta fuere, quæ vero rogam effugerant, Sæcul. XV.  
A.C. 148.9  
Groningæ Anno millesimo sexcentesimo  
decimo quarto, & Amstellodami tertio  
ex post anno typis excusa prodierunt.  
Propositiones ejus nimium temerarias,  
quas docuerat, Anno millesimo quadrin-  
gentesimo septuagesimo nono ab Inquisi-  
toribus Germaniæ damnatas fuisse, jam  
alibi meminimus.

Die undecima Septembris ejusdem Vid. supr.  
lib. CXV.  
§. 17.  
Anni (\*) obiit etiam Jacobus Piccolo-  
minæus Cardinalis, Calixto III, & Pio II.  
ab epistolis, a quo etiam purpura deco-  
ratus est. Posteritati reliquit septem li-  
bros *Commentariorum*, quibus complecti-  
tur gesta in Europa a Pii II. profectio-  
ne Anconam usque ad obitum Carvajali  
Cardinalis, id est ab anno millesimo qua-  
dringentesimo sexagesimo quarto usque  
ad Annum millesimum quadringentesi-  
mum sexagesimum nonum. Sub idem tem-  
pus Donatus Bossius Mediolanensis ejus-  
dem

(\*) *Manifeste hallucinatur Continuator obi-  
tum Cardinalis Papiensis ad hunc annum refe-  
rens, quem tamen ipse in libro CXV. §. VI.  
jam anno 1479. fati functum memoravit, &  
Cicoconius, Panvinius, & alii die 10. Septem-  
bris 1475. vel ut aliis placet, anno 1479. obiisse  
testantur.*

**Sæcul. XV.** dem urbis Archiepiscoporum Chronicon  
**A. C. 1490.** absolvit, aliudque de gestis, dictisque  
 memorabilibus usque ad suam ætatem  
 conscripsit. Quo anno obierit, igno-  
 ratur.

## §. CXVII.

*Principes ad bellum Turcicum a Pon-  
 tifice excitati.*

*Vid. supr.  
 Ann. 1484.  
 §. 141.  
 Bzov. ad  
 ann. 1490.  
 Vialard. in  
 vit. Innoc.  
 VIII.*

**M**eminimus, a Nobili Virgine Lusita-  
 na nomine Beatrice a Silva Toleti  
 in Hispania Ordinem Monialium in ho-  
 norem Conceptionis B. V. Mariæ institu-  
 tum fuisse, quem Innocentius VIII. ad  
 preces Isabellæ Castellæ Reginæ exeun-  
 te Anno priori confirmavit, concessitque,  
 ut sub regula Ordinis Cisterciensis Deo  
 servirent. Nunc vero summus Pontifex  
 omnem impendit operam, ut Zizimi,  
 quem in sua potestate tenebat, auxilio  
 usus bellum in Turcas moveret: Hunc  
 in finem ineunte Anno millesimo qua-  
 dringentesimo nonagesimo missis undi-  
 que Apostolicis Oratoribus, Imperato-  
 rem, Reges, Principes, ac Respublicas  
 eo adduxit, ut hi denuo Legatos Ro-  
 mam ad vigesimam quintam Martii diem  
 B. Virgini annuntiatæ sacram ablega-  
 rent, quibuscum de ratione hujus belli  
 decerneretur: Cum ergo Principes  
 summi Pontificis hortationibus animati  
 ad